Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in innocencia cordis mei in medio
domus mee. Non proponebam
ante oculos meos rem iniustam.
facientes preuaricationes odiui. Nō
adhesit michi cor prauum. declinan
tem a me malignum nō cognoscebam.
Qui detrahebat secreto cum
proximo suo hunc persequebar. Su
perbo oculo et insatiabili corde cum
hoc nō edebam. Oculi mei ad fi
deles terre ut sedeant mecum. ambu
lans in via immaculata hic michi
ministrabat. Non habitabit in me
dio domus mee qui facit superbiam.
qui loquitur iniqua nō direxit in cō
spectu oculorum meorum. In ma
tutino interficiebam omnes peccā
tores terre. ut disperdam de ciuitate do
mini omnes operantes iniquitatem.

Domine ps cxi dd
exaudi orationem
meam et clamor meus ad te
ueniat. Non auertas faciem tuam
a me. in quacumque die tribulor inclina
ad me aurem tuam. In quacumque
die inuocauero te uelociter exau
di me. Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei et ossa mea sicut cre
mium aruerunt. Percussus sum
ut fenum et aruit cor meum. quia
obliti sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei adhesit os
meum carni mee. Similis factus
sum pelicano solitudinis factus
sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilauit et factus sum sicut pas
ser solitarius in tecto. Tota die ex
probrabant michi inimici mei et qui
laudabant me aduersum me iura
bant. Quia cinerem tamquam panem
manducabam et poculum meum cum
fletu miscebam. A facie ire indig
nationis tue. quia eleuans allisisti
me. Dies mei sicut umbra declina
uerunt et ego sicut fenum aru
i. Tu autem domine manes in
mortale tuum in generatione et generatio
ne. Tu exurgens misereberis sion.
quia tempus miserendi eius quia uenit
tempus. Quoniam placuerunt
seruis tuis lapides eius et terre eius
miserebuntur. Et timebunt gen
tes nomen tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edificauit
dominus sion et uidebitur in gloria
sua. Respexit in orationem humilium
et non despexit precem eorum. Scribā
tur hec in generatione altera et populus qui
creabitur laudabit dominum. Quia
prospexit de excelso sancto suo. domi
nus de celo in terram aspexit. Vt audiret gemi
tus compeditorum ut solueret filios
interemptorum. Vt annuntient in
nomen domini et laudem eius in
hierusalem. In conuenendo populos in unum
et reges ut seruiant domino. Re
spondit ei in uia uirtutis sue. pau
citatem dierum meorum nuntia mi
hi. Ne reuoces me in dimidio die
rum meorum in generatione et generatione anni
tui. Initio tu domine terram fun
dasti et opera manuum tuarum sunt celi
Ipsi peribunt tu autem permanebis et om
nes sicut uestimentum ueterascet
et sicut operimentum mutabis eos
et mutabuntur. tu autem idem ipse es
et anni tui non deficient. Filii ser
uorum tuorum habitabunt et semen eorum